

Dē vulpe (pars prīma)

Eō māne montēs ē somnō excitāvērunt statim in dōnātiōnem niveam. Adhūc herī silvās frondiferās quasi variegāvit pictor īnflammātus, hodiē montāna iam tunicam niveam habent. Autumnus in montibus exiguus est, contrā frīgida hiems gubernācula nātūrae hīc longē tenet.

Vulpēs in cavō suō iam sub prīmam lūcem ē somnō excitāvit. Ad ōstium cavī paulum stat et cum diffīdentiā exāminat gelidam niveam culcitam. Prīmum rōstrō suō et pediculīs, postrēmō dēlicātam nivem etiam linguā suā dēgustat. Nix vulpīnam cupiditātem aquae sēdat, sed stomachum refrīgerat. Nunc vulpēs famem dūram quoque explēre dēbet. Vesperī tantum parvōs mūrēs cēnābat – exigua offa vix ventrem famēlicum implēvit. Favēbitne hodiē vulpī fortūna? Proximā septimānā vestīgīis cuniculī sagīnātī īnstābat – eius carnem sūcidam iūcundē cēnāvit. Prōvidēbitne hodiē silva vulpī opīmātum aurītum aut sapōre iūcundam volucrem? Nē mūrēs macrōs quidem aspernābitur, tantum talpa vulpī nōn placet.

Prīdiānae trītae sēmitae nunc sub niveō strāgulō latent. Sed vulpēs ex nive nōn maeret, statim nōtā regiōne in viam sē dat. Mēta vulpīnae viae in valle lacertīnā appāret (exiguā aestāte vallis lacertārum plēna est). Repentē sciūrum observat. Paulum sē complicat ad terram et expectat proximam mōtiōnem sciūrī. Fortasse latebram cum nūtrīmentō – cum variīs nucibus et nucellīs – nōn procul habet, nam in nive novā sub altā arbore nucēs cassae iacent. Sed rōsor parvus iam in casulā suā in arbore sē occultat, vulpēs frūstrā repetītam reditiōnem sciūrī expectat.

(Narrātiō continuābit.)

Pozn: māne – ráno; eō māne – toho rána; mōns, montis, m. – hora; statim – hned, rovnou; dōnātiō, ōnis, f. – nadělení, nadílka; adhūc herī – ještě včera; frondifer, a, um – listnatý; quasi – jakoby; variegō, āre (1) – pestře pomalovat; īnflammātus, a, um – vášnivý, zapálený; montāna, ōrum, n. (pomnož.) – horský kraj; tunica, ae, f. – (zde obrazně) kabát, oděv; exiguus, a, um – nepatrný, krátký; contrā (adv.) – naproti tomu, zato; gubernāculum, ī, n. – otěže, vláda, řízení; gubernācula nātūrae (gen.) tenēre – vládnout přírodě; hīc (adv.) – zde; longē (adv.) – dlouho;

Cavum, ī, n. – nora, doupě; lūx, cis, f. – světlo, (přeneseně: svítání, den); sub lūcem (akuz.) – před svítáním; ōstium, ī, n. – vchod; diffīdentiā, ae, f. – nedůvěra; cum diffīdentiā – nedůvěřivě; rōstrum, ī, n. – čenich; pediculus, ī, m. – tlapka; nix, nivis, f. – sníh; dēlicātus, a, um – jemný, hebký; vulpīnus, a, um – liščí; cupiditās, ātis, f. – touha; cupiditās aquae (gen.) – žízeň; sēdō, āre (1) – tišit, hasit (o žízni); refrīgerō, āre (1) – chladit, studit; famēs, is, f. – hlad; dūrus, a, um – tvrdý, ZDE: krutý, zlý; famem explēre – zahnat hlad; mūs, mūrīs, m. – myš; offa, ae, f. – sousto; venter, tris, m. – břicho; famēlicus, a, um – vyhladovělý; fortūna favet/arrīdet (+ DAT.) – štěstí přeje (komu); īnstō, āre, stitī – stát na čem; vestīgīis īnstāre – jít ve stopách; sagīnātus, a, um – vypasený; iūcundē cēnāre (+ akuz.) – pochutnat si (na čem); eius – jeho, její; carō, carnis, f. – maso; aurītus, ī, m. – ušák (zajíc); opīmātus = sagīnātus; volucris, is, f. – pták; sapor, ōris, m. – chuť, pochoutka; sapōre iūcundus – chutný; prōvidēre vulpī (dat.) aurītum (akuz.) – obstarat lišce ušáka; nē + quidem – ani; aspernor, āri (dep.) – pohrdat, pohrdnout (čím: + akuz.); talpa, ae, f. – krtek; talpa vulpī nōn placet – nechutná (o potravě);

Prīdiānus, a, um – včerejší; trītus, a, um – vyšlapaný; sēmita, ae, f. – stezka; strāgulum, ī, n. – pokrývka (pův. na loži, zde přenes.); maereō, ēre (ex + abl.) – trápit se (pro co); in viam sē dare – dát se na cestu; nōtā regiōne (abl.) – známým (povědomým) směrem; mēta, ae, f. – cíl; vallis (vallēs), is, f. – údolí; appāreō, ēre, uī – nacházet se; aestās, ātis, f. – léto; aestāte exiguā (abl. čas.); plēnus, a, um – plný (čeho +gen.); sciūrus, ī, m. – veverka; paulum sē complicāre – přikřčit se; mōtiō, ōnis, f. – pohyb; nōn procul – nedaleko; nux, nucis, f. – ořech; nucella, ae, f. – oříšek; nix nova – čerstvý sníh; arbor, oris, f. – strom; cassus, a, um – prázdný, (zde o ořechu: vylouskaný); rōsor, ōris, m. – hlodavec; sē occultāre = latēre; reditiō, ōnis, f. – návrat;

Dē vulpe (pars secunda)

Suprā summitātibus augustārum cōniferārum arborum iam aurōram vidēs. Silentium silvae solum tinnulō canōre propinquī rīvulī turbātur. In caelō adhūc adumbrātiō sērae nocturnae avis micat.

Manifesta nova vestīgia in nivibus vulpīnam praesentiam admonent. Cibī avida vulpēs in vallem lacertīnam ob praedam suam peragrat. In villōs vulpīnōs cum lūdibundā levitāte plūmeae crustulae advolant. In terrā ad novellam pīnum avis morticinā iacet. Vulpēs ad avem mortuam appropinquat, sed dēceptiōnem tolerat. Beātus praecursor hīc bene cēnāvit, nē mīcula parva quidem restitit. Circumiecta vestīgia in nive lupī sunt – prōverbium vulpīnum ait: „Cave lupum!“ Vulpēs potius viam suam continuābit.

Subitus susurrus vulpem iterum sustinet. Auriculās suās ad remōtum fontem susurrī contorquet – in nive sub vetulā prūnō latet. Etiam nunc sē paulum ad terram complicat et placidē ad commemorātum locum subreptat. Nihil videt, sed auriculārum clārārum grātiā sententiam praedae suae habet (nam aurēs vulpīnae valdē sēnsitīvae sunt). Postea sē ut perīta vēnātrīx praebet – saltū ēmicat et in nivēs sē praecipitat. Iam primum mūrem in dentibus habet. Sed vulpēs dēmum vēnātiōnem suam incohat – continuat mūrēs cum magnificā īnflammātiōne mentis. Hodiē certē famē nōn labōrābit, nam cavum sub vetulā prūnō mūrum opīmātōrum plēnum est.

(Narrātiō continuābit.)

Pozn: suprā – nad (+abl. = kde?, +ak. = kam?); summitās, ātis, f. – vrcholek; augustus, a, um – vznešený, majestátní; cōnifer, a, um – šiškoplodný; arbor cōnifera – jehličnan; aurōra, ae, f. – červánky, úsvit; tinnulus, a, um – zvonivý; canor, ōris, m. – zpěv; propinquus, a, um – blízký, nedaleký; rīvulus, ī, m. – potůček; turbō, āre (1) – rušit; adumbrātiō, ōnis, f. – nástin, náčrt, ZDE: obrys, silueta; sērus, a, um – opožďený;

Manifestus, a, um – zřejmý, zřetelný; nivēs, ium, f. – záváň; praesentiam admonēre – upozorňovat na přítomnost; cibus, ī, m. – pokrm, potrava; cibī avidus – hladový; ob (předl. s ak.) – pro, kvůli, za (účelem); peragrō, āre (1) – putovat; villī, ōrum, m. – srst (savců); lūdibundus, a, um – hravý; levitās, ātis, f. – lehkost; plūmeus, a, um – péřový; crustula, ae, f. – kousek ledu (z řec. κρύσταλλος); plūmeae crustulae – sněhové vločky; novellus, a, um – mladý (o stromu); pīnus, ī, f. – smrk; morticinus, a, um – zdechlý; dēceptiō, ōnis, f. – podvod, klam, ZDE: zklamání; dēceptiōnem tolerāre – zažívat zklamání; praecursor, ōris, m. – předchůdce; bene cēnāre – hodovat (= dobře jíst); mīcula, ae, f. – drobeček; restō, āre, restitī – zůstat, zbývat; lupī (gen.) esse – patřit vlkovi; potius – raději; viam (ak.) continuāre – pokračovat v cestě;

Sustineō, ēre, tinuī, tentum – zdržet, zastavit; auriculae, ārum, f. – slechy; remōtus, a, um – vzdálený; fōns, ntis, m. – pramen, ZDE: zdroj; contorqueō, ēre, torsī, tortum – zakroutit, otáčet, obracet; vetulus, a, um – staříčkový; prūnus, ī, f. – trnka; commemorātus, a, um – uvedený; subreptō, āre (1) – plížit se; auriculae, ārum, f. – slechy (zvěře); clārus, a, um – jasný, ZDE o sluchu: skvělý; grātiā (předl. s gen, za nímž stojí) – díky, kvůli; sententiam habēre (+ gen.) – vědět (o čem); auris, is, f. – ucho; valdē (adv.) – velmi; sēnsitīvus, a, um (neklas.) – citlivý; ut – jako; vēnātrīx, īcis, f. (od „vēnātor“); sē praebēre (2) – počínat si; saltū – skokem; ēmicō, āre (1) – vymrštit se; praecipitāre sē in + ak. – skočit po hlavě (kam); dēmum – teprve; incohāre (+ ak.) – začínat (co); mūrēs (vēnārī) continuāre – lovit jednu myš za druhou; magnificus, a, um – velkolepý, skvělý; īnflammātiō (f.) mentis – zanícení; famē labōrāre (1) – hladovět;

Dē vulpe (pars tertia)

Ventus gelidus cōfirmātur et caelum obnūbilātur – praesāgium nivōsae tempestātis. Summitātēs arborum iactantur, ē silvā validus fragor rāmōrum resonat. Vulpēs quōdammodō prānsa, sed iam nōn cibī avida domum remeat. Per nivēs altās festinat, sed suprā locō praeuptō subitō perīculum observat. Prope sēmitam capreārum hominem suspīciōsā sarcinā onerātum videt. Vir mortuam capream baculumque mīrum bāiulat. Exitiōsum baculum praedātrīx incurvā formā nōscitat, nam proximō mēse vulpem igneō fulgōre et īfernō fragōre magnopere exterruit. Baculum certē etiam capreae sevēram mortem nunc praebuit. Nivōsa tempestās iuxtā atque opīma praeda in dorsō hominem ēnervant, sed longius nivibus altīs molestē movētur. Vulpēs potius virum et suum perīculōsum baculum magnā circumitiōne vītābit.

Vulpēs nunc per merīdiānum fastīgium domum remeāre dēbet. Merīdiānum fastīgium vulpī nōn placet, nam saxīs plēnum est, sed hodiē hīc vēnātrīcī strēnuae fortūna arrīdēbit. Ecce, in nivibus larus haeret! Fortasse in calidās regiōnēs migrābat, fortasse ā viā aberrāvit et nunc tempestās nivōsa, vulpis amīca, avem volātūrā prohibuit. Saltū larum praeoccupat et suīs dentibus volucrem miseram necat. Opīmātī mūrēs hodiē tantum antecēnium erant, nunc vulpēs famem suam iūcundō larō explēbit. Sed ventus perpetuō cōfirmātur, in merīdiānō fastīgīō vulpēs nōn prandēbit. Potius praedam in cavum suum portābit. Post aliquot hōrās iam magnus turbō summōs montēs flagellābat.

Ō hominēs, ō viātōrēs, ō amātōrēs nātūrae, silvārum et montium! Sī intrābitis intācta loca terrae nostrae et vāstās sōlitūdīnēs montium, molliter collocāte vestīgia pedum vestrōrum in sēmitās angustās. Memoriā tenēte facta vulpis et aliārum fērārum. Fortasse nōn ēvītābit vestrae animadversiōnī exiguus fragor rāmuli ē propinquō dūmētō, vel vestīgia animantis in humō prae vōbīs, vel vōcēs avium in arboribus. In rēgnō nātūrae habēmus vērās dīvitiās nostrae Terrae.

Cōfirmor, āri – silít (o větru); obnūbilor, āri – zatahovat se; praesāgium, īi, n. – předzvěst; tempestās (f.) nivōsa – chumelenice; iactō, āre (1) – kymáčet; iactor, āri – kymáčet se; fragor, ōris, m. – praskot; rāmus, ī, m. – větev; resonō, āre (1) – ozývat se; quōdammodō (adv.) – jaksí, poněkud, částečně; prānsus, a, um – po snídani, nasnídaný; domum remeāre – vracet se domů; per (+ ak.) – skrze, přes (lze přeložit pouhým instrumentálem); prope (+ ak.) – poblíž; caprea, ae, f. – srna; homō, inis, m. – člověk; sarcinā (abl.) onerātus – zatížený břemenem; suspīciōsus, a, um – podezřelý; bāiulō, āre (1) – nést na zádech; exitiōsus, a, um – zhoubný, zkázonosný; praedātrīx, īcis, f. – lovkyně; formā (abl.) nōscitāre (1) – poznat podle tvaru; mēnsis, is, m. – měsíc (roku); fulgor, ōris, m. – záblesk; magnopere (=valdē) – velmi (hodně); exterreō, ēre, uī, itum – vyděsit; mors, tis, f. – smrt; mortem praebēre – přinést smrt; iuxtā atque – stejně jako; dorsum, ī, n. – hřbet, záda; ēnervō, āre (1) – vysilovat; longius – dále; molestē movēri – plahočit se (=obtížně se hýbat); potius – raději; virum (ak.) vītāre – obejít koho, vyhnout se komu; circumitiō, ōnis, f. – oklika;

Merīdiānus, a, um – jižní; fastīgium, īi, n. – vrchol, štít, ZDE: svah; larus, ī, m. – racek; fortasse – možná, snad; avem volātūrā prohibēre – bránit komu v čem; praeoccupō, āre (1) – překvapit; dentibus necāre – zakousnout; antecēnium, īi, n. – předkrm; perpetuō – stále; prandeō, ēre, prandī, prānsus, a, um – snídat; Post aliquot hōrās – několik hodin později; turbō, inis, m. – vichr, vichřice; summus mōns – horský štít, vrchol hory; flagellō, āre (1) – bičovat;

Sī (podmínková spojka) – jestliže; intrō, āre (1) – vstoupit, vstupovat; intāctus, a, um – nedotknutý, panenský (o přírodě); vāstus, a, um – pustý, prázdný širý; sōlitūdō, dinis, f. – samota, pustina; vāstae sōlitūdīnēs (pomnož.) – divočina; molliter (adverbium) – tiše; collocō, āre (1) – umísťovat, klást; pēs, pedis, m. – noha; molliter vestīgia pedum collocāre (pōnere) – tiše našlapovat; factum, ī, n. – čin, skutek, ZDE: příhoda, příběh; ēvītō, āre (1) – uniknout, unikat; animadversiō, ōnis, f. – pozornost, pozorování; rāmulus, ī, m. – deminutivum od „rāmus“; dūmētum, ī, n. – houština, křoví; vel (spojka) – nebo; animāns, antis, c. – živočich; vōx, vōcis, f. – hlas, zpěv; Terra, ae, f. – Země (planeta);